Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

bant. Ita intus in superiorib; uarietate suae picturae
flore refulgebant. ut nequaquam eas quae secum
pariter uel in altum ferebantur. uel in alto posi
tae fulgebant cortinae desererent. quarum instar
nos decet et proficientes nobiscum in diuino seruitio fide
les monstrare exemplisq; iuuare. et in quacumque
uirtute proficere possumus. similiter eiusdem uirtu
tis consortes digna uirtutib; ueneratione tractare.
Ansa ergo contra ansam uenit. ut altera alteri pos
sit aptari. cum iusti ad inuicem concordi ac pari
uirtutum qualitate foederentur.
Facies et quinquaginta circulos aureos. quib; corti
narum uela iungenda sunt. ut unum tabernaculum fiat.
Hic locus in sequentib; plenius explicatur. cum dicitur.
et quinquaginta fudit circulos aureos qui morde
rent cortinarum ansas. et fieret unum tabernaculum.
Quinquagenarius ergo numerus. ueram in spiritu sancto
requiem designat. et quia circulus nec initium ui
detur nec habere terminum. aurum uero praesui
claritate ceteris est pretiosius metallis. Quid
in quinquaginta circulis aureis. nisi perpetua
claritas. et clare perpetuitas summae quietis
exprimitur. mordentq; cortinarum ansas circuli.
ut unum ex omnib; tabernaculum fiat. Cum superi